Quelle: https://manuscripta.at/?ID=457
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



R2 43

in [illegible] impius · qd staturu ad scos dure
tis in eum · Scient g ppls effraim · et
habitatores samariā qui ppt multi
tudinē erigunt in superbiam et dicē ·
Lateres ceciderunt · sed nos quadratis lapidibus ædificabimus · sycomoros quoque ligna succisa sunt · sed nos ponemus cedros · Et suscitabit dominus hostes adversarios rezin super eum · et inimicos eius commiscebit · Syrum a facie contra israel · et philistiim a tergo · et devorabunt israel ore patenti · In omnibus his non avertetur furor eius · et adhuc manus eius extenta · Et percutiet populus usque ad hodiernum diem · percutientem eum · Et dominus exterminabit de israel caput et caudam · incurvantem et deprimentem in die una · Longevus et honorabilis ipse est caput · et propheta docens mendacium ipse est cauda · Et erit populus hic · qui docet eum · ad errandum · et qui docetur ab eo · perdentur · Propter hoc super iuvenes eorum non misericordiabitur · et quos pupillos eorum et viduas eorum non miserebitur · quia omnis impius et malefactor est · et omnis os loquens stultitiam · In omnibus his non avertetur furor eius · et adhuc manus eius extenta · Quia incensus est quasi ignis iniquitas · spinas et vepres comedet · et incendetur in densitate silvæ · et ascendent quasi fumi exaltationis · Per furorem exercituum conturbata est terra · et erit populus quasi pabulum ignis · Vir super fratrem suum parcet · et rapiet dexteram · et comedet sinistram · et non satiabitur · Et comedet vir carnem brachii sui · Manasse Ephraim · et Ephraim Manasse · simul contra israel · Et ipsi contra iudam · In omnibus his non avertetur furor eius · et adhuc manus eius extenta · Vae scribentibus iniquitatem · et scribentibus iniustitiam legentibus · Ut opprimant in iudicio egenos · et vim faciant iudicium pauperum plebis meæ · Ut sint viduæ prædam eorum · et pupillos eorum diripiant · Quid facietis in die visitationis · et calamitatis de longe venientis · Cui confugietis ut adiuvemini · et ubi relinquetis gloriam vestram · Absque me humiliabuntur · et sub interfectis cadent · In omnibus his non avertetur furor eius · et adhuc manus eius extenta · Vae assyrio · virga furoris mei · et baculus ipse est in manibus eorum indignationis meæ · Ad gentem fallacem mittam eum · et contra populum furoris mei mandabo ei · ut auferat spolia · et rapiat prædam · et ponat eum in conculcationem quasi lutum platarum · Sed non hoc putabit · nec cogitabit cor eius · quia in corde suo disponit · ut conterat gentes multas · Et dicit · Numquid non simul omnes reges sunt principes · Numquid non sicut Carchemis ita est Calno · Numquid non sicut Arpad ita est Hamath · Numquid non sicut Damascum ita est Samaria · Sicut manus meæ invenerunt regna idolorum · et sculptilia eorum plura fuerunt super Hierusalem et Samariam · Numquid sicut feci Samariæ et idolis eius · ita non faciam Hierusalem et simulacris eius · Et erit cum perfecerit dominus opus suum in monte Sion et in Hierusalem · visitabo super fructum magnificentiæ cordis regis assyriorum · et super gloriam altitudinis oculorum eius · Quia dixit in fortitudine manus meæ feci · et in sapientia mea intelexi · et auferam terminos populorum · et thesauros eorum rapiam · et detraham quasi potens qui sedent · Et inveniet manus mea quasi nidum divitias populorum · et quasi congregantur ova derelicta ego tollam universam terram · Et non erit qui commoveat alas · et aperiat os · et garriat · Numquid glorietur securis contra eum qui secat in ea · aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam · Sicut si elevetur virga contra eos qui se exaltant · Ecce ergo dominus exercituum · Dominator domini exercituum · Ecce ergo dominus exercituum · Dominator domini exercituum · Ecce ergo dominus exercituum · Dominator domini exercituum